



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

A Christo confirmatur. 65

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

quòd alia nimirum omnia defie-
bant, cultello forficulaq; in mer-
cedē relicta. 64 Interim aduertri-
tur, desiderari IGNATIVM: tū verò
Patres Franciscani metuere, & id-
circo reducem increpare: sed &
alter quispiam Christianus, eius
familiæ, quæ à cingulo indigeta-
tur, impēdio acerbior, acriter ho-
minē turbideq; accipere. 65 Ni-
hilo tamen ille perturbator, in
Christum identidem intuebatur;
quem anteambulonem ad vsque
cænobij fores secutus, non modi-
cas voluptates hauriebat. Iā hic
mare cælum inceperat, & niuibus
glacieque omnia circum infesta
esse, cum tanto maris interuallo
Italia repeteretur. Neq; vlla tamē
illum præsidia in hiemem munie-
re; nisi, quòd crassioris telæ fe-
moralia, ac de simili centone tho-
rax amiciebant: & hic quidem se-
cundum humeros lacer; cui, de-

curtatæ tuniculæ lacernam tenuem, ac senio victam, super iniiceret. Calceatus item, cætera crura relinquebat prorsus detecta. 66 Ità præparatus in Cyprum deuehitur. In Cyprio portu, tres naues reperit, propediem soluturas: Turcarum vnã: alteram Venetam armamentis omnibus apprime instructam: in quarum ille neutram admitti potuit. 67 Et Venetę nauarchus rogatus IGNATIVM transportaret: comperta eius mendicitate, parum habuit negare, insuper cauillo petijt: & eum vtique, quem vulgò tam sanctum prædicarent, nauigij non egere: iuberet vndas sibi ancillari, & pedibus obnoxium mare perambulare. Pœnituit statim dixisse: & linguæ intemperantiam repentina clades expiauit. 68 Reiectus IGNATIVS, tertiam conscendit, exiguam illam, & vetustate carieque

rieque